Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



sec

Relinq·ibi munus tuum ante altare et uade prius reconciliare fratri tuo et tunc ueniens offers munus tuum

Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in uia cum eo ne forte tradat te aduersario iudici et iudex tradat te ministro et in carcere mittaris amen dico tibi non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem

Audistis quia dictum est antiquis non moechaberis ego autem dico uobis quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te eruee eum et proice abste expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum